Luca de Gorka Posnanien et Capitaneo maioris
Nicolao de Schidlovyecz Sandomirien et Regni nri Thesaur
anne de Przeramb Siradien. Adam de drzenyetza Radomiensi,
Joanne de Thanczin Lublinen. & Stanislao de sprova Sarnovien
Castellanis. Stanislao de Chodecz Regni nri et Capitaneo Leopolien,
Petro Cmitha sobyensky de Vyschnyitze Capitaneo Premislien et Cu-
riae nrae Marscalcis. Joanne Latalski Gnesnen, Cracovien et Lan-
citien Ecclesiarum. Joanne Carnkowsky, Scarbimirien, Joanne Co-
narsky Archidiacono Cracovien. Andrea Krziczky sancti Floria-
nim clepars ext muros Cracovien, et Nicolao Samoyski Tharno-
vien praepositis & Canonicis Cracoviensibus. Joanne Gorsky Archidia-
cono Posnanien, Bernardo Vapowsky Cantore, et Jacobo Staskowsky
Canonicis Cracovien Secretarijs nris. Stanislao Chrobersky Vexilli-
fero et pincerna ac Capitaneo Cressovien. Silvestro Ozarowsky
Succamerario et Burgrabio Cracovien Curiae nrae & alijs
quamplurimis dignitarijs ita Officialibus ac Curiensibus nris ad pmissa
testibus fidedignis sincere et fidelibus dilectis. Datum per manus
praefati Magnifici Christofori de Schidlowiecz in Sczmyelow et
magno Opatow Dni et haeredis Palatini et Capitanei Cracovien
ac Regni Poloniae Cancellarij, tum Siradien Sochaczovien, Go-
stinen nova Civitatis Corczyn Capitanei sincere nobis dilecti.

Christoforus de S. Palt. et
Crac ac R. P. Canc ss.

Relatio Magnifici Crofori de
Schydlovyecz Palatini et Capi-
tanei Cracovien ac Regni Polo-
niae Cancellarij etc.

Declaratio Regia de Meyboum et alijs bonis in Districtu Tolkemiten consisten.

K.

Sigismundus Dei gra Rex Poloniae Magnus Dux
Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae etc Dns et haeres.

Significamus tenore pntium quibus expedit vniuersis. Quia cum nos
iam olim districtum nrm Tolkemith cum omnibus villis et possessio-
nibus in eo consistentibus Ecclae Warmien eiusq Capto pleno iure
dominio et proprietate, perpetuo donauerimus, postea vero vt nobis
in memoriam reducitur ad nonnullorum subditorum nrorum in-
stantiam tras consensus nri de exemendo quasdam Villas seu
possessiones pro certis pecuniarum summis, ante donatione pdictã
oppignoratis, et intra limites dicti districtus ac sub ipsa donatioe
comprehensas, de quo tunc minime fuimus informati, eisdem subdi-
tis concessimus, prout etiam famati Proconsules & Consules
Ciuitatis nrae Elbingen villam dicti Capti Meybom vigore simi-
lis nri consensus redemptam ad pns detinere dicuntur, cum hac
vt intelleximus, prerogatiua, vt infra spacium quindecim annorum
ab hmoi tenuta et eis oppignoratis bonis eximi non possint.
Cum autem a nris moribus sit alienum nras concessiones quibus-
cunq praesertim Ecclasticis personis, et pro nrae et Parentum no-
strorum aiarum salute factas, posterioribus concessionibus labe-
factare, declarand duximus et tenore pntium tran declaramus,
quia intentionis nrae minime fuit, consensum & tras nostras
ipsis Elbingensibus aut alijs quibuscunq concedendo, dictae no-
strae donationi, aut Iuri Ecclae et Capti Warmien in aliquo
praeiudicare vel derogare. Decernen prout decernimus pntibus
hmoi consensus nri quascunq tras, ac inde subsequutas exemp-
tiones et possessionum tenutas, Necnon etiam tras, si quas dein-
ceps per obliuionem nram, vel malam alicuius narrationem,
aut suppressam veritatem dari per nos contigerit, viribus pror-
sus carere, ipsiq Capto ac donationi praedictae praeiudicare non
potuisse nec posse. Quod liceat eidem Capto vt directo districti
ctus domino ipsam villam Meybom, ac alia in dicto Distri-
ctu oppignorata bona quandocunq voluerit, restitutis pecunijs,
quae in illis inscriptae reperientur, propria auctoritate recipere,
et ad se reuocare, vti nos ante factam a nobis donationem
praedictam facere potuissemus. Id quod ad eorum quorum in-
terest notitiam deducimus et deduci volumus per pntes. Man-

dan omnibus Dignitarijs, Officialibus, Commissarijs [illegible] ditis nris, vt non alr, quam iuxta hanc psentem declarationem censeant & cognoscant de praemissis. Harum quibus Sigillum nrm est impressum testio lrarum. Dat Cracoviae feria sexta proxima post festum Exaltationis Sctae Crucis. Anno Domini

1531. Mille° quingent° trigesimo primo. Regni nri Anno XXV^to.

Petrus Epus et Vice-
Cancellarius

R^do Reuerendi in Chro Patris dni
Petri Epi Cracovien. & Regni
Poloniae ViceCancellarij.

Confirmatio Sigismundi Augusti Regis, Donationis bonorum Tolkemit, & Translationis in Capitulum

L. In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Augustus Dei gra Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, necnon terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Culmen, Elbingen, Pomeraniaeque etc. Dns & haeres, Significamus tenore psentium quorum interest vniuersis harum noticiam habituris, Sicut Regia Mtas debito sibi cultu à subiectis sibi populis coli vult, ita proprie videtur ad officium eius pertinere, vt et ipsa Deum diligenter cum fide & pietate colat, et cum varijs negotiorum et curarum fluctibus obruta vacare ipsa diuino cultui pro eo vt deberet, non possit Dei et Eccliarum ministros Deo pie colend peculiariter dicatos liberalitate & munificentia nra Regia prosequatur, aut saltem quae maiorum liberalitate concessa eis sunt, in ijs eos tueatur, et conseruet, quo animi sui maiore tranquillitate Deo pie colendo, et iustam eius indignationem pcibus & sacrificijs auertend